ecclesiam consecravit, et eam metropo-
litanam constituens, Corsicanos epis-
copos Pisanorum archiepiscopo consecrandos sub-
misit.

Anno dominice incarnationis mil-
lesimo centesimo nonodecimo, ~~sex-~~ VI.o
~~to~~ kalendas Octubris. Ab urbe autem
Pisana recedens a Pisanis per ma-
re usque ~~ad~~ Massiliam honorifice
perductus est. Inde vero Cluniacum
perveniens ibidem migravit ad
Dominum. Vixit autem in honore,
et dignitate papali annum unum,
dies ~~quatuor~~ IIII. Cui successit Viennen-
sis archiepiscopus a Romanis epis-
copis, et cardinalibus, et ab aliis
ecclesiastici ordinis quampluribus
in papam Calixtum secundum Clu-
niaci electus. Post discessum au-
tem venerabilis pape Gelasii, Pe-
trus Pisanorum archiepiscopus
cum Petro cardinali, ecclesie Ro-
mane legato, et cum ecclesie Pi-
sane canonicis, atque cum Ilde-
brando judice, et Pisanorum tunc
consule aliisque Pisanis civibus in
Corsicam ivit. Ibique honorifice re-
ceptus in conspectu cleri et populi

centensio
klas

Also Absatz zu machen!
¶ Zeichen, rot, in die Zeile, mit grösseren Initialen ?